65030/A

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

APPELIUS, J.J.

T7

TABACIBIBULUS MEDICINÆ-TYRONIBUS FUMISUGUS

Axiomata, Pronunciata Theoremata Phyſico-Medica in artis formam redacta continens, quorum in Diſſertationibus Academicis potiſſimus eſt uſus

Ex probatiſſimis optimisque Authoribus concinnatus, juxta Seriem Alphabeticam digeſtus, & præprimis in gratiam Academicæ Juventutis aliorumque nobilis Medicinæ Amatorum Lectu ac contemplatu perquàm in Lucem digniſſimè editus,

à

JOHANNE JUSTO APPELIO,
Mannheimiô-Palatinô: Medicinæ Licentiato.

COLONIÆ BRANDENBURGICÆ,
Typis ULRICI LIEBPERTI Reg. Typ. 1703.
Sumptibus AUTHORIS.

*Illuſtriſſimo, Generoſiſſimo atq; Excellen-
tiſſimo DOMINO,*

D^{NO}. JOHANNI CA-
SIMIRO,
S^{i}. R^{i}. I^{i}. COMITI
à WARTENBERG,

S^{æ}. R^{æ}. Mis. BORUSSIÆ
Supremo Camerario,
Summo ſtabuli Præfecto,
Rerum Oeconomicarum & Do-
manialium

DIRECTORI

Generali Poſtarum Præ-
fecto Hereditario
Regii Ordinis Cancellario
Ordinis Johannitici
Equiti &c.

Ut

Ut &,

Per-Illuſtri, Generoſiſſimo atque Excellentiſſimo DOMINO,

D^NO. PAULO LIBERO BARONI de Fuchs/

Sereniſſimi ac Potentiſſimi REGIS Boruſſiæ & ELECTORIS Brandenburgici

MINISTRO STATUS.

Bellique Intimo

Intimæ admiſſionis

Rerum Eccleſiaſticarum ac feudalium

DIRECTORI.

Cancellario Pomeraniæ.

Et

Sacri Conſiſtorii Regalis atque Electoralis

PRÆSIDI GRAVISSIMO.

Hereditario, Domino in Malchow/ Fuchshöfen/Heinersdorff/Wedderau ꝛc.

DN. DN. ac Mœcenatibus gratioſiſſimis

PATRONIS & PROMOTORIBUS

unice maximis!

Ex devotiſſimâ humilitate & ſubjectiſſimâ animi reverentiâ

Hocce alterum exiguæ Eruditionis ſpecimen publicè editum

In ſui ſuorumque Studiorum commendationem

Offert & conſecrat

Subjectiſſimus Author

JOH. JUSTUS APPELIUS,
Med. Licent. & Pract.

DEO Fortunante!

§. 1.

ABſceſſus alii ſunt univerſales, ſeu totius corporis, alii particulares, alii benigni reſpectivè, alii maligni.

2. Abſtinentia eſt mater ſanitatis.

3. Accidentia juvant ad conſervationem ſubſtantiæ.

4. Accidentia mutant conditionem ſubſtantiæ.

5. Accidentia ſeu affectiones ſenſuum, ſunt ſomnus & vigiliæ.

6. Acetum fit ê ſalinis & tartareis particulis elevatis & fluorem-adeptis, depreſſis volatilibus & Sulphureis.

7. Acetum deſtillatum purius eſt, acetô ſimplici, licet non æquè fortius.

8. Acetum, Spiritus Vini, Sal tartari magis ad præparationem aliorum, quam ſui gratiâ expetuntur.

9. Acetum non in æneis vaſis, ſaltim quoad alembicum deſtillandum.

10. Acetum vel ſimplex vel compoſitum eſt, & ad internum vel externum uſum.

11. Acetum vim Cantharidum & infringit & corrigit.

12. Acetum & nitrum non ſunt calida Sulphurea, ſed ſalina, adeoque potiùs ab effectu frigidà dicenda.

13. Acetum eſt uteri inimicus; in apperientibus ſemper ſimul tonus viſcerum reſpiciendus & conſervandus.

14. Acida aperiendi & adſtringendi fine adhibentur.

15. Acidum & Alcali ſunt in ſufficientia.

16. Acida coagulant ſanguinem nimis rarefactum, reſolvunt crumeſcentem.

17. Acida dentibus inimica.

18. Acida menſtrua, ſulphureo ſubjugata, extractionem juvant.

19. Acida, ſtimulum Spiritus Vini addentia, non ſemper commode ſtatim inprincipio adduntur.

20. Acida, ſulphura ſuperficiaria, & aqueis vel terreis immerſa extrahunt.

21. Acria, aromatica, amaricantia, acida, aquea, terrea & alcalina aperiunt.

22. Actio triplex, ſcilicet naturalis, vitalis & animalis.

23. Actiones læduntur ſeu proprio vitio partis ipſius, ſeu extraneo; vel, ob facultatem læſam, vel, ob errorem externum.

24. Actio aboletur vel ad ſenſum vel reverà; im-

imminuitur quando ægrè difficulter, tardè & imperfecte fit. Depravatur cum in quantitate vel qualitate, vitioſè, corruptè, immodicè, indecenter non uti debet.

25. Adſtringentia debentur laxitati partium ſolidarum & humidarum, parietum pororum & unitati ſolutæ.

26. Adſtringentia in expanſione & bronchiis pulmonum impeditis non conveniunt.

27. Adſtringentia & roborantia Laxiorem ventriculum accidens laxant utplurimum.

28. Adſtringentia in ſanguinis ſputo vel vomitu maritanda reſolventibus.

29. Adſtringentia viſcera, vincula & maſculos roborant, ſanguinis & ſeri conſiſtentiam moderantur.

30. Adſtringentia alia aliis magis conveniunt; alia externè, alia internè magis, alia utroque modo.

31. Adſtringentia cum figentibus mixta fortiûs operantur. cum reſolventibus mitigantur.

32. Adſtringentia cum cibis minùs commodè dantur.

33. Adſtringentia cum tenuitate partium; aperientia cum adſtrictione hepati conveniunt.

34. Ægrotanti animo Medicus eſt oratio.

35. Aër reverberatus refringitur in tympano, ſuſcipitur in cavitate, & ab äere innato, dijudicatur á nervo & cerebro.

36. Aër eſt vehiculum contagii.

37. Aër inſtar veſtis frigus & calorem machinæ corporeæ diſpenſat & ventilationem calidi innati unicè procurat.

38. Aër plus alterat totum corpus περιχύσει ſeu tranſpiratione, quàm ἐισπνοῇ ſeu inſpiratione.

39. Aër infinitorum morborum & febrium mater.

40. Aër vector eſt miasmatum, tùm particularum ſalino-ſulphurearum variarum.

41. Aëris inæqualitas tùm ratione diei, tùm partium anni, ac ſtatus auſtrinus morbificus.

42. Aëris afflatus à Lipothymia liberat, in malignis verò nocet.

43. Aëris natura eſt, ut ſit calida & humida.

44. Aër bonus, cauſa ſalubris eſt.

45. Aër vitiatus è contrà omni ætati omnique temperaturæ nocet.

46. Aër temperatus eſt ſaluberrimus, temporibus temperatis.

47. Affectus principaliter hærent in cerebro, adæquatè & ultimatè in corde & hepate.

48. Affectus ſoporoſi non differunt cauſa; ſed gradibus & ſymtomatibus.

49. Affectꝰ nunquàm noxiores, quam ingravidis

50. Affectus hypochondriacus ſoboles lucubrationum & vitæ ſedentariæ.

51. Albedo contentis debetur, chylo, ſemini, pituitæ, ſabuloſis, &c.

52. Alcalia corroſiva ab äere defendenda.

53. Alcalia corroſiva magis forma ſicca; acida magis humida applicantur.

54. Alcali dicitur ſal omne quod extrahitur, ê cineribus vel calce cujusque materiæ, per lixivium elixatum.

55. Alimentum corpus reſtaurat, reficit & auget.

56. Alimenta nutriunt & aſſimilantur.

57. Alimentum duorum eſt generum, hic cibus, alter potus dictus, hic ſiti, alter fami dicatus.

58. Alimentum debet eſſe alito ſimile.

59. Alimento qui indigent, ſempiterni non ſunt.

60. Alimentum alimentorum eſt panis.

61. Alöe ſuccus eſt remedium purgans candadiſſimum, & inter lenientia præcipuum.

62. Alterantia ſeu generalia ſunt quæ calorem totius, ſeu ſpecifica, quæ partis magis reſpiciunt.

63. Ambulatio in ſommo rectorem, machinæ corporeæ peregrinum, phantaſiam fortiorem ſequitur.

64. Amygdala dulcia viribus analepticis paregoricis ſe commendant.

65. Amaleptice hoc eſt refectrix inſtauratrixque, eos, qui jam morbos evaſerunt, reficit ac inſtaurat.

66. Anima eſt principium vegetandi, ſentiendi loco movendi, ſeu quo vivimus ſentimus, loco movemur & intelligimus.

67. Anima movet corpus ad omnem differentiam poſitionis, ſcil. ſurſum, deorſum, ſiniſtrorſum, dextrorſum &c.

68. Anima quieſcens fit ſapiens.

69. Anima rationalis non læditur, niſi indirectè & per accidens.

70. Anima rationalis eſt nobiliſſima formarum.

71. Anima radicaliter & emananter eſt in corde ſicut Monarcha in Civitate, eminenter in cerebro, ſicut aranea in tela, idem verò ſubjectum calidi innati,

72. Animæ & corpus ſibi invicem compatiuntur.

73. Animæ ſedes non eſt glandula pinealis juxta Carteſium.

74. Animalia, quæ nimis laborant, minus vivunt.

75. Animalis facultas ſenſum & motum præſtans in cerebro ſedem habet, per nervos verò in univerſum corpus diſtribuitur.

76. Animi pathemata multum ad ſanitatem conferunt, ita ut lætitia moderata, cor, cerebrum, ac ſpiritus recreet.

77. Animi pathemata diſpenſant ſanguinem & ſpritus vel laxando & movendo fortius ad extra, ut gaudium, ira; vel concentrando ad intra, ut terror, metus, ira implicita.

78. Anodina interna, majori doſi data, fiunt narcotica.

99.

79. Anodina ſunt indormitiva Medicamenta.
80. Antimoniata ſunt optima emetica, in ſubſtantia autem & per ſe non exhibenda.
81. Antipraxia viſcerum ab experientia & praxi ſtabilitur.
82. Ἀπάθεια in morbis omnis mala.
83. Apophlegmatismi deplent ſerum, torpidum ſtimulant, fauces & caput roborant.
84. Appetitu abſurdo, fermentum adulteratum ſequitur.
85. Aptitudo inſtrumentorum facit artificem.
86. Aqua natura ſua eſt frigida & humida, & reſtringitur non in ultimo.
87. Aqua nutriendi facultate pollet.
88. Aquæ aliis ſunt ſalubriores Menſe Martio collecta non facilc putreſcit.
89. Aquæ Spiritus & olea ſæpè confunduntur.
90. Aquæ Spirituoſæ, ſeu cum vino, ſeu alia fermentaiione paratæ, meliores, ſed non ın calidis affectibus.
91. Aquæ purgantes & adſtringentes propriè non dantur.
92. Aquæ deſtillatæ variis compoſitionibus miniſtrant, internis & externis, per ſe, niſi paulò ſpirituoſiores, vel vehiculi loco, rariùs præſcribuntur.
93. Archeus eſt, ſummus, exalt-tus, & inviſibilis ſpiritus, qui ſeparatur à Corporibus, exaltatur & aſcendit, occulta natura virtus gene-

ralis

ralis omnibus, artifex & Medicus.

94. Aridura eſt corporis vel membrorum omnimoda Conſumtio, vel ſyderatio, ut vocant.

95. Aromata cuncta ſunt, quæ ſuavem & gratum admodum odorem de ſe præbent.

96. Aromatum vita, nihil aliud eſt, quàm eorum ſuavis & ingens odor, atque fragrantia.

97. Aromatica & ſpirituoſa fœtus & gravidarum refectiva.

98. Arteriæ rariùs ſecantur & tantum minores, obmetum aneuriſmatis & nimiæ homorrhagiæ.

99. Arthritica vel ſerum corrigunt, divertendo, alterando, reſolvendo; Vel nervos ſolantur cephalica; Vel dolorem demulcent, paregorica & nervina.

100. Aſperitate & corrugatione aſperæ arteriæ ſit Raucedo.

101. Aſtra influunt in corpus humanum maximè tempore generationis.

102. Aſtra temperamentum diſponunt remotè, denominationes verò inde factæ qualitatem eorum penitiùs exprimunt.

103. Atretæ ſola ſectione matura Liberantur.

104. Attractiva dicuntur Medicamenta, quæ vim ad ſe trahendi habent, ex ſimilibus etiam attractivis compoſita.

105. Attrahentia indicant S. N. Calor & nutrimentum P. N. Materia ſeroſa, vaperoſa ſivè alia.

106. Auctionis terminus principalis eſt oſſium extenſio, adæquatus reliquarum partium, quamdiù calor mitis eſt & humido magis abundat.

107. Auditus principaliter fit in membranis acuſticis, adæquatè in reliquis.

108. Auditus læditur, ſi non immittuntur debitè ſoni in meatus cavitates,& ad tympanum ob obſtructas vias.

109. Aves quæ in ſtagnis, paludibus aut Lacuſtribus degunt excrementitiæ ſunt, hoc eſt, pitûitoſam humiditatem in ſe reſperſam continent, concoctuque difficiles redduntur.

B.

§. 1. Balnea ſunt ſpecies decoctorum pro uſu, externo, univerſali vel partiaulari.

2. Balneorum ingredientia communia ſunt digerentia propria pro uſu ſpeciali variaut.

3. Balnea habent locum ubi Lympha deficit.

4. Balnea ſero deficienti conveniunt, irruente & abundante nocent.

5. Balnea ultimis menſibus emollientia partum facilitant.

6. Balſama hæc couſtant corpore anima & ornatu, ceu veſtitu.

7. Balſamus myrrha, aloës, ſal & ſol ex ſiccans per humidi vehementem exſiccationem, putrefactionem impediunt.

8. Balſama deſtillata nihil aliud ſunt quàm ſpiritus cum olei portionibus, ex reſinis, gummatis aromatibus & ſimilibus, interveniente ſpiritu vini prolectus.

9. Βαρυκοια in febribus continuis bona.

10. Bibere & refrigerari à motu fortiori noxium.

11. Bilis eſt Balſamum Sanguinis & ſic diſponit quoque temperamentum hepatis.

12. Bilis igiur diſpenſat imprimis calorem ſanguinis, & fluxus alvi P. N: ardores, febres, &c. alioſque morbos acutos producit.

13. Bilis & ſuccus pancreaticus ſecundariô inteſtina leniter ſtimulant, & putredinem aliquamdiu protrahunt.

14. Bilis atra verò altera Melancholiæ ſpecies eſt, quando minori ſeri diluentis quantitate ſalia, acria, acerba, auſtera, pontica Sulphur abundantius bilioſum explicant & corrumpunt.

15. Bilioſis ſaccharata non conveniunt.

16. Bis de die edere quàm ſemel præſtat.

17. Bolum conſtituit corpus molle, pulveres & alia convenientia excipiens.

18. Bolus, pro una doſi dandus, quò minor, eo gratior.

19. Boli infantibus minùs præſcribuntur.

20. Bona ipſi ægro enunciare licet, mala, potiùs adſtantibus.

21. Borealibus regionibus parcior venæſectio, meridionalibus largior convenit.

22. Bulimus & fames canina ab acrimonia humoris fermentalis in ventriculo orta.

C.

§. 1. Cachexia exceſſum ſeri, & partes oleoſas balſamicas ſanguinis depreſſas vel de pauperatas notat.

2. Cacochymia eſt principaliter in ſanguine, & notat Diſpoſitionem ſeri & ſanguinis ad ſtatum P. N. eſtque bilioſa, pituitoſa, melancholica: adæquatè etiam extra vaſa quatenus naturales excrementitii humores peccant.

3. Cacochymica bilioſa notat abundantiam particularum alcalinarum, volatilium & Sulpurearum cum pauco ſero dilutarum.

4. Cacochymia vitellina notat ſtatum bilis excrementitiæ extra vaſa, prout vel ob pauciorem liquorem diluentem, vel Sal volatile excedens varias Corruptiones ſubit.

5. Calces omnes alcalinæ naturæ abſorbendi & ſiccandi, gaudent virtute.

6. Calcinatio fit vel igne actuali, vel potentiali per Corroſiva.

7. Calcinatio igne mediatè facta ſeu immerſiva, dicitur Philoſophica.

8. Calidum & humidum temperatè & benè ſehabens, optimum eſt.

9.

9. Calidum innatum eſt vorax adeoque egenus nutrimento.

10. Calidum eſt quod congregat homogenea, & ſegregat heterogenea.

11. Callum generantia fracturis oſſium debita internè (eadem cum traumaticis) & externè conveniunt.

12. Calor eſt Qualitas vitalis.

13. Calor Vitalis nobiſcum, oritur & nobiſcum moritur.

14. Calor & fermentum variat ita & temperies ventriculi & Conſequenter concoctio.

15. Calor naturalis fugit cibum ut ignis oleum in Lampade.

16. Calor inter qualitates maximè activus, frigus ejus privationem notat; humiditas & ſiccitas modificant.

17. Cancer occultus eſt tumor non aperiendus, ſed potiùs relinquendus.

18. Cantharides ſale acri pollent Veſicæ inimico, externè verò adhibitæ id minùs exerunt.

19. Cantharides optimà in Emplaſtro veſicas excitant.

20. Cardiaca vel rarefactionem Sanguinis S. N. reſtaurant; Vel præter naturalem impediunt, vel reſolutionem Sanguinis auferunt; vel grumeſcentem reſolvunt.

21. Cardialgia eſt magna quædam circa præcordia anxietas cum Ventriculi dolore gra-

vativo

vativo vel diſtenſivo & ſuffocationis periculo.

22. Cardialgia irritationem orificii ſuperioris extrinſecam ab acrimonia biliosâ volatili ſequitur.

23. Carminativa optima uterina.

24. Carminativa tùm in halitus reſolvunt & diſſipant, tùm abſorbent & temperant, tùm mineram in Ventriculo corrigunt.

25. Caro animantium in quæ volatu fidunt, pedibusque nituntur, adoleſcentium præſtantior eſt, quàm declinantium.

26. Caſeus præparatus eſt reſiduum viſcoſum manens in fundo Lactis ex Caſeo defluentis.

27. Caſei omnes craſſo ſucco præditi ſunt, hinc non omnibus conveniunt.

28. Cataplaſmata unguentis firmiorem Conſiſtentiam deſiderant.

29. Cataplaſma vetuſtiſſimum linimenti genus Hippocrati in uſu ad emolliendum & reſolvendum cum primis uſurpatum.

30. Catarrhi modo incraſſari modo attenuari tùm aliis, tum linctibus poſtulant.

31. Cauſa eſt Affectus P.N. morbum efficiens.

32. Cautelæ ſunt adhibendæ in adſtringentibus.

33. Cauſa morbifica nonniſi intermedio morbo producere poteſt ſymtomata primaria; ſecundaria verò poteſt.

34. Cephalica reſpiciunt vel membranas & nervos, vel ſpiritus & humores, vel poros.

35. Cerebrum eſſe omnis ſenſus motusque habitaculum.

36. Cerata magis ad roberandum & alterandum ſunt inventa, vel ubi partes dolentes emplaſtri duritiem ferre nequeunt vel motus membri reſiſtit.

37. Cereviſiæ decoctum ſunt alimentarium ab appropriatis medicatum fiunt.

38. Cereviſia tùm pro divitibus, tùm pauperibus.

39. Cibus tacitos, potus loquaces reddere ſolet.

40. Cibi in ſe omnes boni, mali verò dicuntur, tùm reſpectu corporis noſtri, tùm ad ſe invicem.

41. Cibi alentes magis ordinariè & majori Quantitate; medicamentoſi minùs & parciùs aſſumendi.

42. Cibum minuere, Laborem augere ſalubre eſt.

43. Cinnabarina & opiata dolorum omnium Panacea.

44. Chirurgia pars Medicinæ antiquiſſima & nobiliſſima.

45. Chirurgia curat principaliter cònformationis & unitàtis; miniſterialiter intemperiem.

46. Chirurgia Curtorum faciliùs deſcribitur, quam perficitur.

47. Chirurgi omnes antiqui fuerunt Medici.

48. Chirurgi ſunt diſtincti ob operationes & actiones.

49.

49. Chirurgi crudeles ſunt crepandi.
50. Chirurgi planè non debent intùs curare.
51. Chirurgus miſericors, ulcus ſordidum.
52. Cholera ſicca eſt Excretio flatuum ſusque deque frequens.
53. Cholera humida eſt excretio humorum per alvum & vomitum frequens, cum deliquio animi â Cauſa maligna, vel admodum Corruptis humoribus:
54. Circa æquinoctia & ſolſtitia ipſa conſueti inſultus magis paroxyſmant.
55. Circa idem tempus ad præſervationem ſpecialem commodè dantur medicamenta.
56. Circulatio ſanguinis eſt, continua ſanguinis ê corde per arterias propulſio & per venam arteriis contiguas & reditus ad cor ſæpiùs de die repetita nutrimentum & ſpiritus vitales ad omnes corporis partes defert, eas vegetat nutrit & auget.
57. Circulatio ſanguinis plurima in Medicina dirimit.
58. Chilificatio læſa ab evaporatione & reſolutione Chyli impedita fit.
59. Chylus eſt candidus ſuccus alimentarius.
60. Clyſter eſt decoctum ex emollientibus magis vel minus ſtimulans, tepidè injiciendum.
61. Clyſteres nec turpe remedium nec damnandum & eliminandum.

62. Clyſteres nutrientes, præterquàm humectantes, non uſitati.

63. Clyſteres uterini ex decoctis uterinis in Conjugatis licet rariùs, magis locum habent.

64. Clyſteres vel ſunt minoris vel majoris apparatûs.

65. Coctio fit calore & menſtruo.

66. Coctio alia eſt vera & abſolutè naturalis, ut πέψις, alia analogica, & ſecundum quid talis, quæ πεπασμὸς dicitur, & eſt hujus loci.

67. Coctio non omnibus morbis competit, ſed inprimis (1) febribus (2) tumoribus (3) defluxionibus catarrhalibus.

68. Coctio magis craſſeſcentiâ, cruditas magis tenuitate percipitur.

69. Coctio & cruditas ſuos habent gradus.

70. Coctio ergo ſemper præſupponit cruditatem prægreſſam.

71. Coctionis ſigna ſemper habenda in bonis, cruditatis verò ſemper mala, idque tùm reſpectivè, tùm abſolutè.

72. Coctionis & cruditatis ſigna modificant prognoſin.

73. Coctio quò citiùs apparet eò celeriùs morbus deſiturus eſt.

74. Cœci etiam vertiginem pati queunt.

75. Cognitio eſt vel ſtatus S.N. in Phyſiol. vel p.N. in Pathologia & ſemiotica.

76. Colica eſt dolor Ventris & inteſtinorum, quem alvi conſtipatio & vomitus ſubindè comitantur.

77. Color & ſanguis temperata ſunt, ita & totum Corpus.

78. Color faciei teſtatur dè ſtatu ſanguinis.

79. Color urinæ radicaliter â ſulphure, explicativè à ſalibus eſt.

80. Color urinæ caloris ſtatum in machina humana optimè patefacit.

81. Color flavus vel citrinus cutis in acutis exitioſus eſt.

82. Combuſtio ſpecies eſt calcinationis ſiccæ ad cineres, calces & vitra paranda pertinens.

83. Complexio eſt natura Patris.

84. Compoſitio & diſpenſatio Medicamentorum conſtat pondere, numero & menſura.

85. Compoſitorum Princeps & inſtar omnium eſt Balſamum apoplecticum.

86. Concoctio nihil aliud eſt, quàm actio caloris naturalis in humido & ſiccô.

87. Concoctio expectanda autem eſt, non tantùm in Chronicis, verùm etiam in acutis ægritudinibus.

88. Condita magis humida, confectæ ſiccâ formâ aſſervantur & gaudent.

89. Condita, Candiſata & confecta ſunt bellaria ſecundis apponuntur, poſſunt diutiùs asſervari.

90. Conditis & conſervis nimia humiditas eſt adverſa, hinc probè vitanda.

91. Confectiones ſaccharatæ craſſiusculè contunduntur quibus ſaccharum ſub finem additur, panis item biscoctus & ſimilia in pulverem rediguntur.

92. Conformatio Machinæ Corporis in conveniens planè diu durare nequit.

93. Concorporata & inſpiſſata ſimplicia pro externo uſu emplaſtra conſtituunt.

94. Conſenſus eſt duplex Poſitivus, ſeu cum materia & affluxu, & privativus citra eundem.

95. Conſiderandus eſt æger tûm ad ſe ipſum tùm ad alios, qualem exhibeat pulſum.

96. Conſervarum virtus variat pro fermentatione & ætate.

97. Conſerva & condita Ecclegmatum materia prima.

98. Conſervativa ſunt Medicamentorum vitam & corpus à corruptionibus præſervantia.

99. Conſervæ compoſitæ inter Electuaria referri conſueverunt.

100. Conſuetudinem mutare difficile eſt.

101. Conſuetudo bona excutere debet, quod mala introduxit.

102. Conſuetudo magna altera eſt natura.

103. Contagium eſt vel immediatum vel mediatum & præſupponit (1) corpus aliud contagioſum (2) μίασμα in ſale volatili tenui &

viſcoſ[o]

viſcoſo conſiſtens, (3) corpus ſeu patiens diſpoſitum.

104. Contractura eſt membrorum impotentia viriumque ſuarum naturalium deſtitutio.

105. Convulſiones in fœminis tutiores.

106. Convulſio nunquàm caret periculo.

107. Convulſio quæ Pueris & mulieribus extra puerperium accidit, plus ſæpius terroris habet, quàm periculi.

108. Cor ſanguificat principaliter, reliqua viſcera imprimis hepar miniſterialiter, illud effectivê, hæc depurativè.

109. Cor nullum patitur grave vitium, nam cor eſt fons caloris naturalis; hinc corde infrigidato moritur animal.

110. Cordis igitur uſus triplex eſt (1) ſanguinem alimentarem præparare. (2) Spiritum vitalem elaborare. (3) Utrumque per pulſum in Univerſum corpus diſpenſare.

111. Corrigentium ſemper minor ſit quantitas, major reliquorum.

112. Corpus ſine animo neque ſine corpore animus benè valet in vita.

113. Corpus phyſicum eſt objectum naturæ.

114. Corporis ſanitas magnoperè quærenda eſt.

115. Corporis nimia debilitas vires animæ frangit, mentis quoque ingenium marceſſere facit.

116. Corpora ſana per multos ferunt errores.

117. Corpora calidiora magis vivacia ſunt, quàm minus calida.

118. Corpus humanum variè ſubit mutationes circa hoc igitur occupatur Medicus, ſeu ſanum ſeu ægrum.

119. Corpora impura quò magis nutriveris, eò magis læſeris.

120. Corroſiva ſunt Chirurgorum Medicamenta ſuperfluas & in validas carnes excedentia.

121. Corroſiva certis includenda terminis delicatis partibus & cancroſis non adhibenda.

122. Crambe bis cocta mors fruſtra dicitur.

123. Criſis & critica Excretio potiſſimum dicitur ab effectu bono quæ juvat vel levat, ſymtomatica â malô quæ necat vel lædit.

124. Criſis bona fit â natura benè habente ac, robuſta, & ſignis circa lunam bonis.

125. Criſi enim facta levamen ſequitur.

126. Crocus Martis Victriolatus magis aperit, ochreus magis adſtringit uterque ſiccat.

127. Crocum Martem adſtringentem non ſolùm adhibeamus, quia acidum in corpore cauſat.

128. Crocus Veneris eſt Parens emeticorum.

129. Cruditas acido fixos ſalinos humores & *μολύνσιν*, ſeu non evolutas chyli particulas: nidoroſa præuſtionem pinguium & ſulphurearum particularum ſequitur.

D.

1. Dandum aliquid eſt palato, non indulgendum.
2. Debilis ictus debilem facultatem notat.
3. Decoctum hordei alterat, refrigerat, ſed ob flatulentiam correctione eget.
4. Decocta principaliter ê plantis; adæquatè ê reliquis fiunt.
5. Decocta antiſcorbuticorum balſamicorum optima volatilium levi igne paranda.
6. Decocta diffuſiora ſitim & pectus alterantia reliquis magis uſitata.
7. Delirium in ſe nullum tutum magis tamen cum ferociâ & ſilentiô malum.
8. Dejectio nigra, niſi â Medicamentis vel aliis, notat Lethalitatem viſcerum.
9. Dentes ſunt oſſa ſui generis, & faciunt quoque ad Ornamentum & loquelam.
10. Dentes conciſione & contuſione ad meliorem concoctionem faciunt.
11. Dentes polire convenit, non deterere.
12. Dentes cum cœteris animalibus ſenectute nigreſcant, equo candidiores redduntur.
13. Dentes deterguntur pulveribus, gingivæ roberantur adſtringentibus, demulcentibus & putrilagini adverſantibus.
14. Dentes plures maribus ſunt, quàm fœminis.

dens, in quocunque morbo beneficium eſt naturæ.

9. Homo temperatiſſimus eſt, ſi non in individuo tamen ſpecie.

10. Homo eſt ſuperiorum & inferiorum copula, totiusque univerſi compendium.

11. Homo propter quandam totius univerſi imaginem, quam in ſe continet, parvus mundus dicitur.

12. Homogenea miſcenda tùm in aliis, tùm in pulveribus.

13. Horror febres anteit, & finit.

14. Humida ſunt, quæ aqueis gaudent particulis, vel oleoſis & mucilagimoſis, ſicca, quæ terreis gaudent, vel prioribus carent.

15. Humida exceſſivo gradu non dantur, quia magis actualia, ſicca quarto gradu, non niſi calida.

16. Humor alimentarius principalis ſanguis; miniſterialis eſt ſerum vel Lympha.

17. Humores ſunt vel alimentarii, vel excrementitii.

18. Humor Chryſtallinus inſtar lentis ſe habet.

19. Humores excrementitii ſunt, naturales ut bilis excrementitia naturalis, pituita inteſtinorum &c.

20. Humorum & vaporum vitia, tum quoad eſſentiam v. gr. an plethora, an cacochymica, tùm quoad affectiones inquirenda.

21. Humores quoad flatulentos magis effectivè, vapores magis effectivê concurrunt.
22. Humores eſt excremente magis â ſtatu naturali remota cruda propriora cocta dicuntur.
23. Humores acidos & auſteros imprimis corrigunt ſalia volatilia & fixa. Lixivioſos acida & abſorbentia, tartarum, acida, alcalina, & aromatica.
24. Hydropi minùs aquea, magis acida & nitroſa conveniunt.
25. Hydrotica, ideſt ſudorifica, quædam pota, quædam verò ubi unita ſunt, ſudorem movent.
26. Hyeme Calor major eſt intenſivè, æſtate extenſivê.
27. Hygiene bonam valetudinem tuetur ac conſervat, imminentia pericula arcet.

I.

§. 1. Ichor vulnerum ſeroſus partis temperamentum debilitatum ſequitur.
2. Jecur in omnibus eſt, in quibus ſanguis.
3. Ignavum corrumpunt otia corpus.
4. Ignis äeris purgatorium.
5. Ignis motor primus eſt, aqua vehiculum magis äer ventilabrum, terra corpus præbet.
6. Jejunantes præcipuè infeſtat ſitis.
7. Ignoti nulla indicatio, nulla curatio, multò minus ſcientia.
8. Imaginatio hinc circa objecta in Ideâ con-

42. Dulcia in aliis vermineſcunt in aliis bileſcunt in aliis aceſcunt magis.

43. Dulcia facile fermenteſcunt.

44. Dulcia ſpleneticis & hyſtericis adverſa.

45. Dulcia humido copioſo diluta temperata ſunt eminenter talia calida.

46. Dulcia ad fallendos magis, quàm necandos vermes faciunt.

47. Dulcia palato magis grata, quàm ventriculo & cordi.

E.

1. Excentricitas intellectus omnis Spirituum animalium & Lymphæ læſionem conſtantem transeuntem præſupponit.

2. Eclegmata ſalina & acria reſpuunt.

3. Electuaria officinalia ſunt ſpecies melle exceptæ; Magiſtralia conſervæ compoſitæ.

4. Elephantiaſis Græcorum ſeu vera Lepra Arabum eſt morbus univerſalis à ſerô ſummè ſalibus deturbato ſanguini penitùs incocto illumque tandem magis & magis reſolvente.

5. Elixiria ſunt eſſentiæ compoſitæ.

6. Emetica Herculeum & Catholicum remedium, morbos quaſi vectibus excludunt.

7. Emmenagoga danda conveniente naturæ motui tempore.

8. Emollientia in Cataplaſmate, linimento, unguento,

guento, fotu, Emplaſtro potiſſimùm adhibentur.

9. Emollientia non Conveniunt cancroſis fiſſuris mamillarum, Materiæ tenui & diſſipabili.

10. Emollientia & blandè digerentia nervina anodyna.

11. Emollientia debentur duris, ſiccis, tenſis, tartareis.

12. Emolliunt in genere moderatè calida & humida, in ſpecie tepida, mucilaginoſa, emplaſtica, pinguia.

13. Emollientia pro Materiæ Diſpoſitione etiam ſuppurationem promovent.

14. Empirici ſolis Experimentis contenti.

15. Emplaſtra officinalia pro malaxatione olea appropriata poſtulant.

16. Emplaſtra & Cerata viribus ſuis integra ad annum durant.

17. Emulſiones inter diluentia,humectantia & refrigerantia præcipuum.

18. Errhina ſive pro capite,ſive pro naribus uſurpantur.

19. Errhina magis Liquida, ptarmica ſolida magis formâ gaudent.

20. Exercitatio moderata non ſolum ad ſanitatem, ſed etiam morbos imminentes profligandos valeat.

21. Excreta & retenta, vel quantitate vel quali-

litate vel aliter peccant, hûc refer diarrhoeas, hæmorrhagias, menſium fluxum (nimium, nullum decolorum) gonorrhæam, hæmorrhoides apertas catharros, ptyaliſmum &c.

22. Excreta cognoſcuntur â Sapore & tactu.

23. Excrementa ſi mordicent, acredinem notant, partem rodentem.

24. Excretum per tuſſim fertur ê pulmone; Screatu ex ventriculo &c.

25. Excrementa, ſunt omnia ſuperflua, per naturam ejecta.

26. Excrementa mulierum ſunt menſtrua.

27. Excrementa teſtantur decruditate & coctione humorum.

28. Excreta cum juvamine & juſto tempore juvant, & contra.

29. Excretio quo copioſior, eò læſio partis gravior.

30. Excreta & retenta diſpenſant recrementa chyli & ſanguinis.

31. Excretorum vitia ad non naturalium & P. N. claſſem pro diverſo ſtatu ſpectant.

32. Excretio critica eſt duplex manifeſta & ἄδηλος, per tranſpirationem, quæ frequentior.

33. Excreſcentiæ inteſtini recti cautiſſimè ſecundæ.

34. Exhalatio duplex eſt: Altera humida, altera ſicca; hæc quidem vocatur vaporoſa, illa autem fumoſa.

35.

35. Exitioſum eſt, ubi ægrotus ore hiante aſ- ſiduè dormit.
36. Experientia eſt ſumma rerum Magiſtra.
37. Experientia per ſenſum inchoatur, per in- tellectum perficitur.
38. Expectoratio in omnibus affectibus pulmo- num ut ſit libera, procurandum, ſeu acribus, ſeu oleoſis, ſeu dulcibus, reſolventibus præ- cipitantibus, ſigentibus.
39. Exſpiratio frigida eſt lethalis.
40. Extracta magis in fixis & Sulphureis (ama- ris reſinoſis, gummoſis) quàm volatilibus lo- cum habent.
41. Extracta, Eſſentiæ, tincturæ vires rerum concentratas exhibent.
42. Extracta Pilularum Mater.
43. Extracta Saccharo Concorporata & incocta, ſirupi vocantur.
44. Extracta in aquaſoliquore priùs ſolvun- tur, item Moſchus, ambra, gummata.
45. Extractio fœtûs mortui vel manu fit vel forcipe & uncis non nimis acutis, viribus conſtantibus.
46. Extranea, quæ tutò non poſſunt extrahi, relinquenda vel in alium locum detrudenda.
47. Extergentia adhibentur, quandò ulcus adeſt.
48. Extergentia ſicca nervis, oleoſa, acria oſſi- bus carioſis, ſalina laxis tumoribus præſtant magis.

49. Externa internis cedunt in internis affectibus.

50. Evacuatio autem eſt, humoris peccantis in corpore, ſeu corrupti exactio.

51. Evacuatio duplex eſt: Generalis ſeu univerſalis quæ ab univerſo corpore educit & humores pellit: Et ſpecialis ſeu particularis, quæ certam partem aliquam ſuperfluo aliquo excremento atque humore Levat.

F.

1. Facies coloratior ex ſanguinis reſtagnatione peſſimum in acutis exhibet ſignum.
2. Facultas alimenti pervenit ad cerebrum.
3. Famem vini potio ſolvat.
4. Fames eſt optimum cibi condimentum.
5. Farinæ compoſitæ ad Eryſipelas optimæ.
6. Feculæ non penitùs rejiciendæ matre ſuâ ſæpè meliores.
7. Fermentatio centra mixtorum inſtar clavis reſerat.
8. Ferulæ fracturis maximè conveniunt.
9. Figura naturalis & P. N. ab oſſium ſtatu dependit.
10. Figura vitiata ut oſſibus debetur, ita in humidioribus & recens faciliùs reſtituitur.
11. Flatus Pater eſt, calor nativus reſpectivê, ac vel per ſe, vel per accidens debilis; Mater hu-

humor aqueus & pituita, reliqua accidentia eundem modificant.

12. Flatus magis ſunt vagi tranſitorii, tenſivi, hnmores magis fixi conſtantis pungitivi.

13. Flatus præſupponit mineram ſeu materiam ex qua & efficientem atoniam ventriculi &c.

14. Floccus legere & oculos tortuoſus habere, malum.

15. Fœmina omnem morbum bis patitur.

16. Fœminæ quoque habent ſemen.

17. Fœtus nutritur per vaſa umbilicalia non item per os.

18. Folia in trageis quandoque & drachmis, ordinairiè verò manipulis, flores pugillis, præſcribuntur.

19. Fomenta calorem nativum mulcent, poros laxant materiam vitioſam corrigunt, & ſerum reſtituunt.

20. Fonticuli vel corroſivis vel ſolâ inciſione, in interſtitiô muſculorum hodie ferè fiunt.

21. Fonticulorum coalitus non omnis noxius vel lethalis contra cratonem Epiſt. 174.

22. Frenum linguæ cautè ſecandum neque enim loquela promiſcue inde reſtituitur.

23. Frigida magis ſunt univerſalia, calida magis ſpecifica.

24. Frigida magis ubi repellendi vel coagulandi humores minus inthoracis Ventriculi, vel uteri affectibus, adhibentur.

25 Frigida vero acida, mercurialia nervis apri-
mè ſunt inimica.

26. Fungi ſunt vel eſculenti vel venenati, vel Mədicinales, vel mixti.

G.

§. 1. Ganglion ſimplex ſola compreſſione curatur.

2. Gargarismata faucium purgatoria.

3. Gargariſmos crebrò fauces benè non ferunt neque guttur.

4. Gelatina nihil aliud eſt, quàm cibus glutioſus ac mucilagineus.

5. Galatinæ dulces, vel acidæ reficiunt, viſcoſæ nocent.

6. Gelatinæ hecticorum alimentum.

7. Gibbus curari poteſt detentione ac reductione oſſis prominentis in ſuum locum, antequàm occalluerit.

8. Glutinantia ſicciora ſunt ſarcoticis, epulotica glutinantibus.

9. Glutinant & conſolidant ſiccantia, adſtringentia, viſcoſa & emplaſtica.

10. Graciles plus habent ſanguinis obeſis, Carnoſi verò optimè Venæſectionem, rarioris autem texturæ minùs ferunt.

11. Gravidis venam ſecare vel purgare, nec timidè nec temerè licet.

21. Gravitas ex Urina non temerè pronunciandum,

13. Gravidis, infantibus, cacochymicis & debilibus magis temperata volatilia, verò cautiùs dan da.

14. Gutta roſacea, eſt rubedo præſertim in facie ſimilis illi tinctura, & in origine Lepræ.

15. Guſtus fit â nervis cerebri pertingentibus Linguam & Palatum.

16. Guſtus eſt ſenſus alimenti.

H.

§. 1. Hemiplexia eſt abolitio motus voluntarii.

2. Herbis magis ſal volatile, in floribus & ſeminibus magis Sulphur in eſt.

3. Hermeticorum Principia alia ſunt eſſendi ſeu Hypoſtatica ſal, Sulphur, Mercurius; alia cognoſcendi; alia curandi.

4. Hirudines parum quidem evacuant, non parum tamen juvant.

5. Hoemorrhagia in acutis, quæ larga quidem non tamen nimia, & quæ cum ſymtomatum mitigatione fit atque ægrotantis conſtitutioni & morbi indoli reſpondet bona eſt.

6. Hœmorrhagiæ â nimia ſanguinis rarefactione, & tono laxato, revellentibus, refrigerantibus & adſtringentibus.

7. Hœmorrhoides eſt ſanguinis in ano profluvium.

8. Hœmorrhoidum fluxus limites non exce-

dens, in quocunque morbo beneficium eſt naturæ.
9. Homo temperatiſſimus eſt, ſi non in individuo tamen ſpecie.
10. Homo eſt ſuperiorum & inferiorum copula, totiusque univerſi compendium.
11. Homo propter quandam totius univerſi imaginem, quam in ſe continet, parvus mundus dicitur.
12. Homogenea miſcenda tùm in aliis, tùm in pulveribus.
13. Horror febres anteit, & finit.
14. Humida ſunt, quæ aqueis gaudent particulis, vel oleoſis & mucilagimoſis, ſicca, quæ terreis gaudent, vel prioribus carent.
15. Humida exceſſivo gradu non dantur, quia magis actualia, ſicca quarto gradu, non niſi calida.
16. Humor alimentarius principalis ſanguis; miniſterialis eſt ſerum vel Lympha.
17. Humores ſunt vel alimentarii, vel excrementitii.
18. Humor Chryſtallinus inſtar lentis ſe habet,
19. Humores excrementitii ſunt, naturales ut bilis excrementitia naturalis, pituita inteſtinorum &c.
20. Humorum & vaporum vitia, tum quoad eſſentiam v. gr. an plethora, an cacochymica, tùm quoad affectiones inquirenda.

21.

21. Humores quoad flatulentos magis effectivè, vapores magis effectivê concurrunt.
22. Humores eſt excremente magis â ſtatu naturali remota cruda propriora cocta dicuntur.
23. Humores acidos & auſteros imprimis corrigunt ſalia volatilia & fixa. Lixivioſos acida & abſorbentia, tartarum, acida, alcalina, & aromatica.
24. Hydropi minùs aquea, magis acida & nitroſa conveniunt.
25. Hydrotica, ideſt ſudorifica, quædam pota, quædam verò ubi unita ſunt, ſudorem movent.
26. Hyeme Calor major eſt intenſivè, æſtate extenſivê.
27. Hygiene bonam valetudinem tuetur ac conſervat, imminentia pericula arcet.

I.

§. 1. Ichor vulnerum ſeroſus partis temperamentum debilitatum ſequitur.
2. Jecur in omnibus eſt, in quibus ſanguis.
3. Ignavum corrumpunt otia corpus.
4. Ignis äeris purgatorium.
5. Ignis motor primus eſt, aqua vehiculum magis äer ventilabrum, terra corpus præbet.
6. Jejunantes præcipuè infeſtat ſitis.
7. Ignoti nulla indicatio, nulla curatio, multò minus ſcientia.
8. Imaginatio hinc circa objecta in Ideâ con-

cepta, licet abſentia variè ludit, nunquàm ceſſans.

9. Impotentia alia eſt naturalis, alia ſupernaturalis: Illa fit, ſi vel totius temperies abnuat, & ſpiritus deficiant, vel partes penitales quoad nervos muſculoſos, ſemen &c. malè habeant.

10. Incineratio magis vegetabilibus tribuitur.

11. Inclinatio eſt vis naturæ, quæ manifeſtatur in homine quorſum magis proclivis eſt ejus vita actionum & operationum demonſtrationibus.

12. Indi abundant calore aſcititio, germani nativo.

13. Indicans aliud eſt primarium, aliud ſecundarium, aliud utile, aliud inutile.

14. Indicantia non ſunt confundenda cum ſignis.

15. Indicatio eſt ratio agendi, quàm oſtendit ſpeculatio ſcopi, ut finis in arte medica eſt fruitio ſanitatis: ſcopus eſt ſanitas.

16. Indicatio eſt vel curatoria (in morbis & ſymtomatibus) vel præſervatoria (in cauſis) vel vitalis (in viribus).

17. Incubus eſt nocturnus ſpiritus illudens fallensque homines in ſomno.

18. Inconſueta magis movent, conſueta minùs.

19. Indicans eſt vel ſemioticum vel therapeuticum, illud morbi præſentiam, hoc ablationem patefacit.

20. Indurantia poris incraſſantia humoribus tenuibus,fluxilibus,acribus conveniunt.
21. Infantes optimè ferunt purgantia, indeque dormiunt ut & emetica correctoria.
22. Infantes plethorici periculo expoſiti.
23. Inflationes ventriculi excitanrur ab ejus atonia.
27. Infuſa eſſentiæ Galenicorum.
25. Infuſa quævis facilè turbant alvum.
26. Infuſa & decocta ſororiant.
27. Infūſa ſiccioribus viſceribus ſolatium.
28. Ingredientia reſpectu ad ſe invicem habita, alia baſis titulo, alia juvantis, alia corrigentis &c. gaudent.
29. Ingenium verò ſpecies ipſas præceptas & in ideam formatas digerit & retinet.
30. Intellectus eſt immanens voluntas, voluntas intellectus externus.
31. Intellectus cognoſcit verum, voluntas appetit bonum.
32. Intemperies maligna dicitur, quandocunque calidi innati Sanguinis & ſeri, vincula & proportio magis vel minùs violenter reſolvuntur & deſtruuntur.
33. Intemperies calida & frigida omnis â ſtatu ſanguinis P. N. ſeu calidi innati deducenda.
34. Intemperies calida uti calorem extraneum notat, ita ab omnibus illum quovis modo efferantibus oritur.

35. Intemperies major, quam ut ſanguinis compages conſiſtere poſſit, mala, ex vice verſa.

36. Interpretes indigentiæ corporis ſunt fames & ſitis, quæ uno verbo, dicuntur appetitus.

37. Inſtrumenta Chirurgica ſunt vel communia ac polycreſta, vel propria & determinata.

38. Inſtrumenta ſuperflua & ad pompam & curioſitatem ſaltim facientia exeſſe queunt.

39. Iſchœma ſunt, quæ vel vaſa hiantiá, vel fluxilem ſanguinem coërcent.

40. Iſchuria & Dyſuria, gradibus differunt, illa eſt omnimoda Urinæ ſuppreſſio, hæc ejusdem difficultas, dum cum conatu quodam & dolore ardente excernitur.

41. Judicium de omnibus ſenſibilibus latum dicitur ſenſus communis: Quia omnibus externis ſenſibus æque conjungitur omnesque de eo participant.

42. Julepi ſeu aquæ ſaccharatæ Arabum minus ſe commendant.

43. Juventus fundamentum ſternit ſanitatis totius reliquæ vitæ.

L.

§. 1. Labor cibum præcedere debet.

2. Labore puriora reddantur corpora.

3. Labore ſudanti frigida potio pernicioſiſſima eſt.

4. Lac eſt pars chyloſior & ſeroſior ſanguinis ſegregata in mammis.

5.

5. Lac nutrit, humectat, lubricat, emollit & lenit.

6. Lactis actuatio talis eſt, qualis ventriculus.

7. Lac ſi non affluat, colligatur & alteretur in mammis, deficit & contra.

8. Lac maternum optimum, nec aliud rejiciendum.

9. Lac concretum & non concretum ſpecie haut differunt.

10. Lac & ſemen extinguentia ea ſunt, quæ emolliunt, diſcutiunt, reſolvuut, repellunt & adſtringunt.

11. Lacticinia omnia, caſeus, ova aſſa, ſive in ſartagine frixa, improbantur, minùs autem recentia & mediocriter tremula.

12. Læſio illa in abolitione, depravatione & imminutione conſiſtit.

13. Lapis bezoar & unicornu foſſile, ac ſimilia non agunt ultra ſphæram activitatis ſuæ.

14. Lapis corroſivus, quo ſimplicior, eò melior.

15. Lapis Medicamentoſus ulcerum & eorum laxitatem remedium.

16. { Laſſitudinis Medela Quies.
Laſitudo laſſitudine ſolvitur.

17. Laſſitudo citra cauſam manifeſtam prodromus eſt febris. In acutis periculum minatur, ſi corpus omne grave eſt, & manus ac pedes periculoſum eſt.

18. Laſſitudines ſpontaneæ morbum & præeunt

& ſequuntur illud gravatis ſpiritibus, nec Liberè in ambitu motis: hoc debilitatis & depauperatis iisdem.

19. Laſſitudines ſpontaneæ morbos prænunciant ſeu â Plerhora ſeu Cacochymia.

20. Leguminoſa omnia præſertim non ex corticata ſunt flatulenta.

21. Lenientia purgantium ſunt ſuccedanea, & cum cibo dari poſſunt.

22. Lenientia tùm fæces mollificant & abſtergunt aquea, pulpoſa, pinguia, tùm leniter ſtimulant ſalina.

23. Lentium decoctum in variolis & morbillis tutum & innoxium eſt.

24. Lepus non eſt animal melancholicnm, ſed carnem habet ſaluberrimam.

25. Lien diſpenſat ſerum ſanguinis ejusque hinc conſiſtentiam ſeu coagulum quoddam non verô inſpirat fermentum ventriculo.

26. Lienis temperies ex ſeri ſtatu, cujus eſt diribiter & conſequenter rarefactione vel fixatione ſanguinis dignoſcitur.

27. Lienem a morbis abſolvere ineptum eſt.

28. Lien ſerum diſpenſat, hinc rectè ſeri Diſpenſatorium dici poteſt.

29. Lienteria eſt, aſſumtorum ſub eâ formâ qua ingeſta ſunt per alvum excretio.

30. Lienteria & cœliaca præſupponunt apepſiam; & tonum ventriculi ſeu calorem a-

men

menſtruum reſolutum & corrugationem læſam.

31. Ligatura venæ ſecundæ verſus cor faciendæ.

32. Linguæ color index eſt ſtatus ſeri in glandulis, ſeu deficiat & æſtuet, ſeu viſcoſius ſit.

33. Lini & fœnugræci ſemina hordeum item coquuntur.

34. Linimentum dictum eſſe, putant â linô eſt Medicamentum inter unguentum & oleum mediam habens conſiſtentiam ad uſus extrinſecos ex cogitatum.

35. Linimenta tota illini geſtiunt, unguentis fluidiora affinia utraque.

36. Linimenta obeſis parum proſunt ob pororum anguſtiam.

37. Linimenta unguinoſa magis laxant, balſamica roborant.

38. Linimenta uſu nimiô membra in firmantur.

39. Liquida & mollia non niſi refractâ doſi ingredi debent pulveres.

40. Liquores aquoſi calidi, vel frigidi, cum vel ſine ſacculis, epithematum Elementa.

41. Lithontriptica ſunt, quæ grumos ſanguinis attenuant.

42. Lixivia ſunt ſoluta ſalia pro interno, externo vel aliis uſibus.

43. Lixivia contrariantur acido, acidum ligat alcali, alcali liberat ligatum volatile.

44. Lixivia hydropicis non promiſcuè conveniunt.

45. Loci quô magis ſunt paludoſi, eò magis ſcorbutum gignunt.

46. Lues venerea eſt morbus univerſalis, nam convenit omnibus partibus.

47. Lumbrici è corpore excreti minus tutum lumbricorum remedium.

48. Luna facit Diem criticum.

49. Lupulus gaudet Sulphure naturæ amico & blando.

50. Lympha ſi vitiata ſit, vel in ventriculo regurgitent humores vitioſi, ſapor vitioſus in ore ſe exhibet.

51. Lypothymia & Syncope â grumeſcentia ſanguinis majori, magis vel minus violenta.

52. Lypothimiæ indicant reficientia.

53. Lypothymia laborantibus præſtat parum & frequenter propinare Medicamenta.

M.

1. Machina humana variè â chylo noſtro afficitur.

2. Magiſteria propriè præcipitatione fiunt.

3. Maritimi Mores pro peſſimis celebrantur.

7. Martialia aperientium apex, non tamen omnia omnibus æque conveniunt.

5. Martialia aperiunt abſorbendo & ſaturando humores.

6.

6. Martialia feceſtingunt, ructus cient, motum corporis requirunt.
7. Maſticatio, quæ dentium molitione imò ipſius linguæ ſalivæqne auxilio peragitur.
8. Maſticatio adeò neceſſaria eſt ut hâc omiſſâ. aiimenta vix in ventricuio extra verti poſſint nam decem boii bene maſticati & ſalivali menſtruò humectati atque ſoluti felicius in ventricuio coquuntur quam unus non maſticatus.
9. Maſticatio læditur, qnando dentes non ſunt integri.
10. Maſticatoria commendat gratia & virtus, in globulis optima.
11. Materia medica in mixtione triplicem acquirit formam externam ſôlidam, liquidam & mediam.
12. Mater metallorum eſt argentum vivum.
13. Mater perlarum omnia ea præſtare poteſt. quàm perlæ ipſæ.
14. Medicamentum mutut & à ſtatu malo ad bonum reducit.
15. Medicamenta Galenica & Chymica manitanda.
16. Medicamenta ſpecifica magis ſunt vegetabilia, univerſalia magis metalla & Mineralia.
17. Medicamenta Medico Practico juveni etiam licere componere & diſpenſare.
18. Medicè vivere eſt myſticè vivere.

19. Medicè vivere etiam miſerè vivere.

29. Medicina ars indefinita eſt, unde ſi Medicus omnia lege artis fecit, munere ſuo ſumtus eſt.

21. Medicina eſt ars ſeu ſcientia integra corporis humani ſeu ſtatuæ humanæ viventis fabricam conſervandi & labefactatam couvenientibus alimentis & remediis reſtituendi.

22. Medicina gaudet demonſtrationibus ſirmis.

23. Medicina non eſt pure ϛοχαϛικὴ.

24. Medicina & cognoſcit & curat.

25. Medicina & Philoſophia ſunt ſorores.

26, Medicina praxi caſſa imanis eſt, unde â medendo dicta.

27. Medicina quod ignorat, non ſanat.

28. Medicinam invenit neceſſitas, notavit experientia, probavit ratio, ſuggeſſit caſus & alia.

29. Medicinam dari ipſi etiam convitiantes negara nequeunt.

30. Medicinæ apud ægros uſus, apud ſanos honor eſt.

31. Medici in nullo morbo ſe magis turpitèr dare ſolent, quàm in malignis.

32. Medicus igitur bonus, idem & Philoſophus.

33. Medicus non temerè nec timidè de morbi eventu pronunciet, nec feſtinet nimis pro-

gnoſi

gnoſin, nec retardet, nec temerè prognoſtico relinquat ægrum.

34. Medicos oportet non tantum eſſe prudentes ſed etiam fortunatos.

35. Medicus non curſim & obiter neque ex ſola Urina divinet, non enim promiſcuè vel Salutem vel mortem prædicet, neque facilè ex themate natalitio.

36. Medicus bona promptè mala quaſi invitus apertè tamen ſingula ac magis limitatè, quàm abſolutè enunciet.

37. Medico ex inſomniis quòque divinare licet.

38. Medicus ſpectator & moderator criſeos debet eſſe ut copioſa quidem aſt, non nimia fiat.

39. Medicus perſcrutari omnia, donec perfecta noverit.

40. Melancholià qui Laborant, triſtitiâ laborant.

41. Mellagines Medicamenta ſunt conſiſtentiam & ſaporem mellispræ ſe ferentia & hinc ipſis appellatio.

42. Mel florum & herbarùm balſamicum Magiſterium, ferculum hygeiæ ſacrum.

43. Melancholia nihil aliud notat, quàm ſtatum ſeri particulis fixis, Salinis acidis, & fluorem adeptis tartareis inquinati.

44. Memoria non depravatur, ſed tantum imminuitur vel aboletur.

45. Menſes pellĕntia fœtum pellunt.

46. Menſes retenti autem deficienter fiunt â ſanguine ichoroſo & tartareo.

47. Menſes in febribus extraordinariè fluentes in gravidis abortum, in variolis & aliis periculum notat.

48. Menſes in variolis peſſimæ.

49. Mens ſana in ſano & ægro corpore optima.

50. Menſtruum ad aquas deſtillatas eſt vel ſuccus proprius vel alius, vel vinum vel communiſſimè aqua ſimplex ſ. q. affuſa.

51. Mercurius Vermium mors.

52. Mercurius potentiſſimè ſerum fundit & ſalivationem excitat interiùs vel exteriùs adhibitus.

53. Methodus medendi conſiſtit Experientia & ratione.

54. Morbi intemperie fiunt cum qualitas quædam prima à calido & humido nativo reſultans in exceſſu vel defectu peccat adeoque intemperies omnis caloris vel ſeri P. N. ſtatum notat.

55. Morbi Materiæ & formæ juxta Fernelium non dantur.

56. Morbi Univerſales â vaſis penitùs affectis, quæ ſanguinem & ſpiritus diſpenſant, dicuntnr.

57. Morbi differentiam quoquè ſortiuntur à temperamento ſexu, ætate, vitæ genere v. gr.

gr. alii morbi ſunt viriles, alii fœminei, alicommunes, alii etiam citiùs ut acuti, alii tardiùs, ut chronici, moventur.

58. Morbi Chronici aurem rarò fiunt per Conſenſum.

59. Morbi inter ſe variè miſceri, complicari & conjungi poſſunt, & ſæpe ſeparati videntur, qui conſpirant.

60. Morbi â ſeroſa colluvie oriundi, & cum dolore conjuncti ut plurimum noctu exacerbantur.

61. Morbi connati & connutriti omnes graviores, aſcititii contra.

62. Morbi hæreditarii imprimis ſunt Phthiſis, calculus, arthridis, Epilepſia, Podagra.

63. Morbi vagi dicuntur qui nec tempus, nec locum eundem ſervant.

64. Morbi alii magni ſunt reverà, alii apparenter.

65. Morbi acuti vehementiâ, velocitate, continuitate, & periculo chronicis opponuntur.

66. Morbi maligni inſidias maximè ſtruunt, & prima fronte abblandiuntur, in receſſu tamen periculum graviùs habent.

67. Morbi ſparſi proprium cujusque individui & vitium; endemii vitium commune & immanens loci, (& cauſam communem quaſi eſſentialem & perpetuam) epidemiivitium

commune ſed tranſiens, accidentale & temporarium aëris præſupponunt.

68. Morbi tempus eſt quaſi ipſius ætas & curriculum quo in alium atque alium ſtatum mutatur. Eſtque vel univerſale, quod toti morbo; vel particulare quod Paroxyſmis competit.

69. Morbi cavitatum fiunt propter contenta adnata vicina impoſita vincula.

70. Morbi Chronici λύσει, acuti Κρίσει terminantur.

71. Morbi fientes difficulter, facti ſine cognoſcuntur.

72. Morbi quandoque ſimulantur vel ob utile, vel ob honeſtum, vel jucundum.

73. Morbi non agniti nulla curatio.

74. Morbi conformationis indicant reductionem ad priorem ſeu naturalem ſtatum.

75. Morbi magnitudinis cedunt ad remotionem cauſæ.

76. Morbus morbum producere poteſt.

77. Morbus naturæ habitui, ætati, temperamento inconveniens periculoſior v. gr. Vigiliæ in infantibus, Epilepſia in ſenibus, hæmoptyſis in pueris &c.

78. Morbus quò magis acutus, eò celeriùs finitur.

79. Morbus imminens ut avertatur, præſens ut curetur, cognoſcendus.

80.

80. Morbus quo acutior, eo citior criſis.
81. Morbus omnis peſtilens & malignus eſt contagioſus, ſed non contra.
82. Morbus omnis intermittens tutior eſt non intermittente ſeu continuo.
83. Morbus diuturnitate per Conſenſum eſſentialis fieri poteſt.
84. Moſchum & ambram aliquando ſub finem adjiciunt pro delicatioribus aliptæ.
85. Moſchus extenſivè, ambra vero intenſivè reficit ſpiritus.
86. Motus non quivis eſt Exercitatio.
87. Motus & quies diſpenſat caloris ventilationem.
88. Motus â Cibo fortior, chylum in vaſa præcipitat.
89. Mutatio omnis ſenſibilis machinæ humanæ in individuo, ſeu in toto, ſeu in certa parte, morbum inſtare innuit.
90. Mutatio in Macrocoſmo etiam mutationem Microcoſmi portendit.
91. Mutatio ſubita rerum non naturalium eſt periculosa.

N.

§. 1. Narcotica ſunt Medicamenta ſoporifera, dolores auferentia.
2. Narcotica interna non differunt ab anodynis, niſi gradu.

3. Natura paucis eſt contenta.
4. Natura opifex, medicus miniſter.
5. Natura optimus eſt ſui ipſius Medicus,
6. Natura morborum eſt Medicatrix.
7. Natura eſt principium motus & quietis.
8. Natura nihil fruſtra agere ſolicita eſt.
9. Naturæ & temperamenti diverſitas, nimirùm inter ruſticos & homines rarioris texturæ.
10. Natura non eſt Medicamentis heroicis turbanda.
11. Natura modo excretionem per vias ordinarias; os, nares, alvum, Menſes, modo ad cutim & glandulas, molitur.
12. Natura duo facit criſi primo coquit, ſimulque ſeparat, ſecundo expellit.
13. Nævi â Cauſis externis oriuntur, vel cibi denegato, vel terrore ſubitaneo.
13. Nephritica ſunt Pharmaca, quæ renes & veſicam reſpiciunt.
15. Nephritica vel reſolvunt coagulum , vel mitigant dolorem & acrimoniam, vel pellunt laxando vias.
16. Nervi ſunt alvei ſpirituum faciuntque ad ſenſum in partibus membranoſis, ad motum in carnoſis,
17. Nutritio eſt adſimilatio nutrientis ei, quod nutritur, hinc quippe tamdiù vivimus, quamdiù nutrimur.
18. Nutritio non perficitur Chylo niſi remoté, vel ſanguine & ſero.

19. Nutrix ſeu altrix facultas alimentum aſſumtum in corporis ſubſtantiam varia mutatione conſiſtit & aſſimilat reſtaurat hæc, quod aſſidua corporis reſolutione deperit & ad usque extremum vitæ diem permanet.

O.

§. 1. Objecta communia ſenſuum indequè ſunt motus, Quies, Numerus, Figura & Magnitudo.

2. Oblivio ſubito exorta, mala eſt.

3. Oblivio poſt epilepſiam vel apoplexiam peſſima.

4. Obſtructio ex vaporibus ſomnum facit S. N., ſed quæ ex humoribus orta P. N. infert.

5. Obſtructionis opifex illabilis deſtructionis noſtræ machinæ ſagax mater exiſtit.

6. Oculus in machina corporis humani, eſt camera obſcura.

7. Oculi fabrica malè habente neceſſum eſt, viſum lædi, ſeu quod non immittantu, ſeu non recipiantur, vel falsò dijudicentur ſpecies viſibiles.

8. Oculis lucem fugere illachrymare, aut perverti, atque ex his alterum minorem eſſe, pernitiem denunciat.

9. Oculis ſuppurantia & opiata minus, mucilaginoſa blanda & acriuſcula magis conveniunt.

10. Oculorum dolores ſedat Lac juvenculæ & boni ſucci.
11. Odor eſt ſicci, ſapor humidi.
12. Odor ſuperficietenùs inhærens mixtum temperatum, centralis calidum notat.
13. Odores teſtantur de volatilitate modò aëreâ, modò Sulphurea & balſamica.
14. Odorifera ſunt Medicamenta, quæ per ſuum odorem bonum, aut fœtidum morbos expellunt.
15. Oleum inter omnes liquores ſupereminet.
16. Oleum ardens eſt oleum tartari ad ſummum gradum correctum.
17. Olea deſtillata ſunt reſinæ coadunitæ & liquatæ.
18. Olea ætherea ſupernatant ſale volatili magis ſaturata fundum petunt.
19. Olea, quà talia non ſunt acida.
20. Olea expreſſa ſale volatili minùs inſtructa & torpidiora.
21. Olea, quæ intimus ſubſtantiæ immerſa exexprimuntur. non deſtillantur.
22. Olea rancorem concipiunt ſi diutiùs ſteterint, craſſeſcunt & colorem mutant.
23. Olfactus fit â duabus caruneulis, quæ ſunt in primâ parte cerebri ſimilibus mamillarum capitibus.
24. Olfactus læditur vel ob vias obſtructas & indiſpoſitas, vel nervos, vel membranam narium intemperatam.

25. Omen ſeu prognoſis inſtituenda eſt ex collatione & proportione naturæ ac morbi.

26. Omnes moriuntur in ſtatu, nemo in declinatione verâ.

27. Omne olus imbecilliſſima eſt alimenti materia.

28. Omnia oleracia laxant.

29. Omnia olea expreſſa lubricant.

30. Omnia olea acredinem quandam in receſſu conjunctam habent, paucis exceptis, quæ minùs id obtinent.

31. Omnia oleoſa facilè rancescunt.

32. Operationes animæ rationalis principales intrinſecè ſunt duæ: Intellectus & voluntas, extrinſeca ſeu inſtrumentalis ſermo.

33. Operationes Chirurgicæ conſtant (1.) apparatu majori vel minori (2.) operatione ipsâ (3.) deligatione & obſervatione.

34. Ophthalmia eſt graviſſimus adnatæ tunicæ affectus, inflammatio nempè cujus initium vocant epiphoram, cauſa hujus eſt ſanguis bilioſus &c.

35. Ophthalmica reſpiciunt vel oculum ipſum, aquea, acriuscula, mitigantia; vel humores & vapores impuros, diſcutientia interna & externa; vel ſpiritus & nervos; cephalica.

36. Opiata omnium fluxionum, vigiliarum & dolorum remedia.

37. Opiata Spirituum reſolutionem impediendo,

do, terrea abſorbendo, acida reſolvendo, cordi opitulantur.

38. Opiata & acida reliquis maritata virtutem ſudoriferam intendunt.

39. Opium ſomnum & ſudorem ciet, dolores ſedat, fluxiones ſiſtit & figit.

40. Orgasmos eſt turgeſcentia humorum.

41. Oſſa ferruminantur mediante callo.

42. Oſſium citius abſumta humiditate, ſeu naturæ, ſeu alio errore, auctio læditur.

43. Oſſibus prolapſis & fracturis extenſio, conformatio, repoſitio & deligatio convenit.

44. Otica vel vias extergunt & aperiunt, vel ſenſationem roborant, vel humores & halitus extraneos alterant & diſſipant.

45. Ova optima ſunt recentiſſima, & peſſima perquàmdiù aſſervata.

46. Ova fœcundata per tortuoſas earundem Cavitates in utere provolvuntur.

47. Oxycratum & Oxyrrhodina epithmatum progenies.

48. Oxygala bilioſis, ſerum melancholicis, lac neutris convenit.

49. Oxymel pituitæ inciſioni conveniens, ſeu inteſtinis, ſeu in pectore.

P.

1. Palpitatio cordis fit â grumeſcentia ſanguinis mitiori & ſubjugabili.

2. Paluſtres & lacuſtres; omnes pejores medii fluviatiles & marini (ſcil. piſc.
3. Panis alimentum alimentorum.
4. Pars nihil aliud eſt quàm materiæ cujusdam extenſum quid, corporis eſſentiam non aliam quàm extenſionem eſſe.
5. Pars affecta quò nobilior, læſio gravior, & mos pejor eò major morbus.
6. Pars eſt corpus, toti cohærens communique vitæ conjunctum, ad functionem uſumque comparatum.
7. Partes etiam ignobiliores morbos patiuntur.
8. Partes ſphacelatæ ſerra vel ferro acuto abſcinduntur.
9. Parietibus ulcerum calleſcentibus fiunt fiſtulæ.
10. Pathologia quidquid inregritatem, hanc quovis modo vitiat.
11. Philtra etiam adverefica ſpectant, & incertam perſonam ob mumialem confermentationem aliquando agere poſſunt.
12. Picaciſmorum uſus partium extenuatarum gratiâ fuit inventus, utque renutriantur partes tabidæ humectant enim, calefaciunt atque ſanguinis copiam alliciunt.
13. Pica eſt deſiderium rerum abſurdarum.
14. Pica eſt deſiderium rerum inſuetarum in quas non obſtante quod inediles ſint & nomi-

ne alimenti indignæ fertur appetitus dum cretam,arenam,corium,chartam,appetunt.

15. Pilulæ concentratæ efficatiores & gratiores.

16. Pilulæ aloeticæ ante cœnam magis præſtant incruditatibus, obeſis, cereviſiam bibentibus, minùs præſtant gracilibus & hæmorrhoides patientibus.

17. Pilulæ magis in Laxitatibus, quàm ſiccitatibus conveniunt.

18. Pilulæ ſtomachicæ & cephalicæ ut & purgantes uſitatiores.

19. Pilulæ deaurari ad gratiam,minùs ad efficaciam poſſunt.

20. Pinguium nimius uſus elephantiacos facit.

21. Piſces vero ſaxatiles purioribus & arenoſis aquis victitantes, ſalubriores.

22. Piſces omnes recentes meliores ſalitis, infumatis,ex ſiccatis.

23. Piſces ut aves propemodum univerſi probis pollent ſuccis,niſi quos ſtagna, lacus, Limoſique rivi & turbiti ferunt, ſed qui in aqua ſyncera vel in mari puro victum quærunt.

24. Pituita ſerum coagulatum notat, in vaſis à ſero extra vaſa ut in inteſtinis à chylo potisſimum.

25. Phyſiologia quidquid ad ſanitatem machinæ humanæ facit inquit. Ubi enim deſinit Phyſicus, ibi incipit Medicus. 26

26. Plethora datur contra Helmontium & calorem nativum obruit.

27. Plethora quoad vaſa eſt cum extenſione vaſorum & laſſitudine tenſiva, quoad vires cum gravitate membrum & proxima Cacochymiæ.

28. Plethora indicat venæ ſectionem.

29. Plethora eſt ubi ſolus ſanguis augetur

30. Plethora ſanguinis miſſione curatur, frequenti balneo, exercitatione, ſrictione, digerentibus Medicamentis & inedia.

31. Plethora eſt ſtatus oneroſus archei.

32. Pori clauduntur ob aëris frigidiorem acceſſum, reſerantur ad ejusdem calidiorem receſſum.

33. Potentia prima non læditur, niſi per ſecundam, ſeu ab ipſis inſtrumentis læſis.

34. Potentia alia eſt ſubſtantialis ſeu prima, cujus principium ipſa anima, ſeu facultas baſis Calidum innatum: Alia accidentalis, â conſtitutione accidentalis; ſeu Organica.

35. Potiones vulnerariæ in vulneribus artuum vel viſcerum uſu non carent.

36. Potiones ex omnibus liquidis, propriè verô magis ex aquarum deſtillatarum mixtura fiunt.

37. Potus { non & } nutrit { aqua vina }

38. Potu facilius eſt ſaturari quàm cibô.

39. Præparatio alimentorum non utilis modò, ſed etiam neceſſaria.
40. Præparantia nil aliud ſunt, quàm alterantia, humorum qualitatibus debita.
41. Proceſſus mammillares olfactum præſtant remotibus & diſpenſando, membrana narium fibras eorundem explicatas exhibens proximè.
42. Prognoſis juxta Helmont, non rejicienda.
43. Pueri & ſenes Medicamentis cautè tractandi, nec nulla, nec ſemper dando.
44. Pueris meridiari Convenit.
45. Pulmones ad intra ſeu quoad corpus ignem naturæ ventilant; ad extra reſpiratione & voci formandæ inſtar organi muſici inſerviunt.
46. Pulſus eſt index virium non tamen infallibilis, hinc ipſi ſoli nunquàm fidendum.
47. Pulſus eſt horologii noſtri inquies fitque dilatatione ſeu diaſtole & Conſtrictione ſeu ſyſtole.
48. Pulſus non alii ſunt, quàm repetitæ arteriarum diſtenſiones: Eadem fiunt, quando particulæ ſanguinis jam rarefactæ non amplius in ventriculis cordis contineri queunt, ita ut vi in arterias tranſilire debeant.
49. Pulſum diverſum diverſus ſanguinis, tùm in cor, tùm & in ipſas atrerias influxus facit.
50. Pulſus inter ſigna muta eſt præcipuum, à recenſendis verò regulandum.

51, Pulſus quò major & robuſtior eò Venæ ſectionem mag i, vel indicat vel admittit.

52. Pulſus robuſtus ſi vehemens roboris vitalis comes eſt, in ſanis & ægris.

53. Pulſus tardus & magnus bonus omnis intermittens, etiam eſt tardus.

54. Pulſus rarus niſi præſtans ſit, Medico ſuſpicionem movet.

55. Pulſus celer continuatus febrium ſignum eſt Pathognomonicum.

56. Pulſus celer & frequens non ſunt confundendi: ille enim â motûs tempore, hic quietis magis dicitur.

57. Pulſûs uſus eſt circulatio ſanguinis.

58. Pulſûs in infantibus vix attenditur.

59. Pulſuum Differentiæ quarum uſus in Praxi non ſunt negligendæ.

60. Pulſus primum & perpetuum eſt mobile, ita de machinæ caloris, vitæ, cordis, ac virium tenore teſtatur.

62. Purgantia & vomitoria magis primæ corporis regioni, ſudorifera & diuretica magis ſecundæ & tertiæ conveniunt.

63. Purgantia omnia ſunt calida.

64. Purgantia agunt irritatione ob acrimoniam ſalino Sulphuream magis vel minus volatilem patentem, vel latentem,

65. Purgantia rarius ſimùl vomitum, vomitoria ſæpius ſimul alvnm movent.

65.

66. Pus excretum, ulcus, ſanguis, apertionem vaſis majorem vel minorem notat.

67. Pſilothra ad Coſmetica pertinent, raro tamen conſtantem effectum edunt.

68. Pſora non omnis, pro lepra ſtatim eſt habenda.

69. Ptarmica capiti, oculis & naribus debilibus minus conveniunt.

Q.

§. 1. Qualis Bilis. talis Hepar.

2. Qualis cibus, talis chylus, qualis chylus, talis ſanitas & qualis ſanitas talis in cute color & effectus.

3. Qualis color, talis ſanguis.

4. Qualis eſt ſanguis, tales ſunt menſes.

5. Qualis pulſus, tales vires.

6. Qualis in corpore humor, talis in cute color.

7. Qualitas eſt ignobilior, Quantitate.

8. Qualitas formam ſequitur, quantitas Materiam.

9. Qualitates ſenſibiles ſunt, quæ tertiam ſymtomatum claſſem conſtituunt, ſcil. color, odor, ſapor & tactiles primæ & ſecundæ.

10. Quando Morbus non avertatur, indies ſumit vires.

11. Quic quid nocet corpori, eſt venenum.

12. Quiete & abſtinentia multi magni morbi curantur.
13. Quò intenſior eſt odor, eò etiam intenſior calor.
14. Quò magis malignitas in maſſa ſanguinea, eò magis naturam malignam efficit.
15. Quò morbus longior, eo minùs acutior.

R.

§. 1. Radices in plantiſſimiles ſunt oribus in animalibus, quia ambo nutrimentum ſuſcipiunt.
2. Ratio conſenſus couſiſtit in Communione vel viciniæ, vel vaſorum, vel Orificii.
3. Receptacula quoque & cavitates frequentiùs laxantur, auguſtiores fiunt, e. gr. ventriculus.
4. Relaxatio vaſorum p. n. ſive αναςομωσις fit vel per ſe à ſanguinis vitio, vel copia, vel qualitatibus primis & ſecundis, vel motu peccantis; vel per accidens ab obſtructione.
5. Renes tranſcolant ſuperfluum & dediſcens à ſtatu ſuo ſerum, unaque partes ſalinas.
6. Repellentia omnia frigida adhibentur.
7. Repletio hnmorum gemina: una in quantitate peccantium quæ plethora dicitur; altera in qualitate, quæ cacochymia vocatur.
8. Res viſa fortiùs movet, quàm audita.

9. Reſpiratio læditur vel ob vias, vel expanſionem impeditam, tùm pulmonum, tùm diaphragmatis & muſculorum.

10. Reverberatio ignitionis ſpecies eſt, calcinationi inſerviens, quâ res ſubjecta in ſubtiliſſimum pulverem convertitur.

11. Rigores, poſt quos corpus non incaleſcit, exitioſi ſunt in acutis; ſi alternent cum calore monſtri quid alunt, & malignitatem indicant.

12. Rob dicitur magis de fructibus & Baccis ſucculentis, ex herbis verò inſpiſſati ſucci extracta magis audiunt.

13. Renchi in Pleuritide, hydropicis &c. lethiferi.

14. Rotulæ derivantur à Rotâ cujus figuram obtinent medicamentum ſolidum, ſunt compoſitum ex pulveribus, extractis, oleis conſtans, cum ſacchcrô concretum.

15. Rotulæ præſervandi & confortandi magis, quàm curandi fine præſcribuntur.

16. Ruminatio vitioſam ventriculi conformationem præſupponit.

17. Ruptura fibris membranaceis contingit.

S.

§. 1. Sal Vitrioli emeticum innoxium.

2. Saliva eſt humor excrementitius, ut potiùs naturæ

natutæ primum menſtruum, in humano hoc Laboratorio; quàmvis inſipida videatur, plures tamen in receſſu habet particulas volatiles, acidas & ſalinas, quæ âb effectu facilè probari ac oſtendi poſſunt.

3. Salſum, acidum, viſcidum & aſpectu, ſapore, conſiſtentiâ & aliis pateſcit.

4. Sanguis ex diverſiſſimis commixtus particulis, utpotè tàm in homine ſanô, quàm in ſanô, ex diverſis alimentis genitus, diverſas fermentationes ſubit.

5. Sanguis emittendus ad tolerantiam virium, & repletionis menſuram, ne quid tamen nimis.

6. Sanguis emiſſus conſiderari poteſt, quoad colorem, conſiſtentiam & contenta.

7. Sanguis ſe prodit colore & viſu.

8. Sanguis eſt ultimum alimentum animalis; hinc theſaurus corporis.

9. Sanguis humanus, in quo ſpiritus maximè hoſpitantur, ſi eorundem penuria Laboret, omnes propemodum actiones humanæ læduntur: quibus td. deficientibus, deficit vita.

10. Sanies, ſanguis incoctus eſt.

11. Sanitatis ſignaſunt urinæ, egeſtiones & ſuperfluitates, hinc qui benè ingerit, digerit & egerit ille ſanus eſt.

12. Sanitas integritatem machinæ corporeæ conſequitur.

13. Sanitatis & ægritudinis, principia cognoſcere naturalis eſt.

14. Sanitas igitur æſtimanda âb integritate actionum non in actu exercito, ſed ſignato.

15. Scarificatio humida, vel cum cucurbitulis, vel ſine iſtis, illa ſæpe ad abuſum; hæc revellit à capite, aperit poros.

16. Semen eſt quod totam futuræ repræſentat molis imaginem.

17. Semiotice ſigna Diagnoſtica & prognoſtica tractat.

18. Se mes copioſo pollent humido, ſed excrementitio.

19. Senſus ſ. ſentatio noſtra non eſt ſimplex apprehenſio,ſed combinata,cum aliquo Judicio.

20. Senſus & motus principaliter à ſpiritibus animalibus arceſſendi.

21. Senſus externi quaſi emiſſarii & portitores ſenſus communis; ſunt autem ſenſus externi quinque, Tactus pro univerſali habetur; reliqui proprii ſunt ſcil. viſus, auditus, guſtus & olfactus. Sunt etiam eorum organa quinque, ut membrana, oculus,auris,naſus & lingua.

22. Senſus audiendi obtuſior eſt, quám videndi.

23. Senſus ſymbolici ſunt Guſtus & olfactus.

24. Senſus feriantur,excepta Phantaſia in ſomno.

25. Serum quoque ac reliqui humores quantitate, Qualitate, & motu peccat.

26. Setaceum fluxionum capitis graviorum remedium.

27. Signa Diagnoſtica docent naturam affectus

p. N.

p. N. quomodo ſit cognoſcendus, ut curatio vera poſſit adhiberi, deſumuntur vel à ſpecie affectus, vel à ſubjecto, vel à cauſis antecedentibus, tum præſentibus, vel à communiter graſſantibus malis, vel à juvantibus & nocentibus, vel âb excretis, vel â pulſu, vel ab aliis.

28. Signa Prognoſtica hauriuntur ex iisdem fontibus, periculoſi ſunt morbi acutiſſimi & maligni, Chronici non item.

29. Signa Παθογνωμονικα ſive perpetua: ſicut dolor pungitivus ſemper & perpetuo ſignificat, in membro nervoſô & membranoſo eſſe inflammationem & dolor, pungitivus in Latere Pleuritici.

30. Signa coctionis & cruditatis modificent ſalutem.

31. Singultus ſequitur irritationem nervorum ſtomachi, & parietum ſuperiorum intrinſecam, atque vel à flatu acri & incarcerato frequentius, vel evacuatione nimiâ, vel compreſſione acutiori, vel conſenſu nervorum aliorum læſorum.

32. Sitis vel ab humoris inopiâ & caloris pulmonum copiâ & vel acrimonia ſalſâ ventriculi fermenti provenit.

33. Sitis faciliùs toleratur, quàm fames.

34. Sitis deficiens in malignis peſſimum.

35. Siriaſis eſt inflammatio meningum, curatur refringerantibus.

36. Sommus & vigiliæ affectiones ſunt conjunctæ, ideſt, corpori & animæ communes: ac ſenſus paſſiones eſſe dicuntur, quoniam circa ſenſus fiunt: in illis enim, quæ ſenſu carent, nullus ſomnus incidit.

37. Somnus meridianus nocentiſſimus dicitur, niſi conſuetudo & laſſationis ſenſus adſit, aut nox vigilata præceſſerit.

38. Somnus nimius capitis gravitatem conciliat.

39. Somnus eſt frater mortis.

40. Somnus eſt recreator corporum, redintegrator virium, pacator operum, Medicus Laborum.

41. Somnus alterum infantum alimentum.

42. Somnus occultum vitæ pabulum, ſedat excretiones animales magis, reliquas minus.

43. Spiritus ſunt ſubtiliſſima pars ſanguinis, imò ipſius flos.

44. Spiritus animales ex vitalibus attemperatis & alcoholiſatis fiunt in cerebrô totò.

45. Spiritus naturalis prout veteres, illum ex hepate arceſſebant, non datur.

46. Spiritus vitales generantur ex ſubtilioribus tenuiſſimis & aëreis partibus ſeri & ſanguinis.

47. Spiritibus vitalibus interceptis fit animi deliquium; animalibus, ſenſus & motus privatio.

46. Sputum variat pro ſeri ſtatu. Sputum cruentum in malignis & pleuriticis bonum.

47. Sternutamenum eſt corruptio ſtatus in nubrias.

49. Sternutatio eſt ſignum fortitudinis cerebri, ideò citò interituri nequeunt.

50. Succi in ſpiſſatione conſtituunt Rob, liquidi aſſervantur ab aëre defenſi.

51. Sudor excretivus bonus, oppreſſivus malus, reſolutivus peſſimus.

52. Suffitus ad gratiam raro de novo ad ſanitatem præſcribuntur.

53. Suffitus omnes exceſſivi gravidis adverſi, aliis tamen magis, aliis minus.

54. Sulphura pura anodyna, impura ut plurimùm vomitoria.

55. Suppreſſio urinæ non ſemper eſt mala.

56. Suppoſitoria purgantium & clyſterum ſuccedanea.

57. Suaveolentia proſunt viribus refectivis.

58. Symptoma eſt affectus p. N. à morbô velut umbra à corpore dependens hinc comes morborum vocatur; eſt vel actionis læſæ, vel qualitatis mutatæ, vel excretorum & retentorum.

T.

§. 1. Tactus eſt ſenſus temperamenti.

2. Tactus fit â nervis cerebri, & muſculis diffuſis per totum corpus, & plures nervi ad ſentiendum naſcuntur à prima parte cerebri.

3. Temperamentum aliud eſt totius, ſ. univerſale, aliud partium ſ. particulare.

4. Temperamentum diſponunt remotè Elementa proximiùs humores & principia chymica, proximè autem calidum innatum.

6.

5. Temperamento partis, mutatur temperamentum totius.

6. Temperantia optimum eſt vitæ tuendæ medium.

7. Temperantia in ſenectute non eſt temperantia, ſed potiùs incontinentiæ quædam impotentia.

8. Tempus eventus regularur ſecundum ſalutis & mortis prognoſticon.

9. Tendinoſis ligamentoſis & nervoſis partibus humidorum moles eſt exoſa.

10. Teneſmus eſt affectio inteſtini recti, ab acrimonia irritante.

11. Timor accidet in ſomno propter corruptionem cibi in ſtomacho.

12. Timor facit homines tacitos.

13. Tinnitus à vaporibus Tympanum ferientibus, ſ. ibi genitis, ſ. aliundè transmiſſis ſive poſitivè magis, ſive privativè fit.

14. Trageæ ex fructibus tractu temporis rancorem contrahunt.

15. Trageas, maximè ad coctionem ciborum facilitandum, roborandum, inventas exornant.

16. Tremor in corpore ſanò eſt prodromus Paralyſeos, in paralytico ſanitatis.

17. Tremor in acutis malus.

18. Tumores à flatibus, humoribus & corporibus ſolidis fiunt.

19. Tumores non omnes debent emolliri.

20. Tunicæ oculi proprio pro antico vel poſtico ſitu variant nomen.

29. Turundæ ex Emplaſtris in fiſtulis, & ſinuoſis ſit ulceribus per quàm utiles.
30. Tuſſis cùm febri conjuncta, interdum bona.

V.

1. Vaſa triplicis ſunt ordinis: quædam attrahunt, quædam colligunt, quædam diſtribuunt.
2. Vector rerum adorabilium ſeu effluviorum ſubtilium exhalantium, eſt äer.
3. Ventriculus & inteſtina ſunt cauſæ ſociæ.
4. Vias in Oeconomia animali, decet eſſe liberas.
5. Vigiliæ in infantibus ſunt nocivæ.
6. Viſcera ſequentia, lien, hepar, Pancreas & Meſenterium partibus, concoctionem mirificè promovent.
7. Viſus principaliter fit in tunicâ retinâ.
8. Vita noſtra conſiſtit in calido & humido.
9. Vita ſtataria longior pejor, quàm ſedentaria.
10. Vitra ſunt humor induratus ſplendens & nitens, ex calce & arena eliquatis veluti glacies.
11. Ulceribus inimicum tùm frigidum, tùm humidum eſt, illud, quod calorem nativum exringuat: hoc, quòd ſordeſcere, iſtud nec ad cicatricem, tàm facilè pervenire faciat.
12. Unctuoſa ulceribus adverſantur; humida nimis nervoſo generi, in nervorum effectibus itaque minùs proficua.
13. Uno oculo malignitas, altero intemperies reſpicienda eſt.

14.

14. Volatilia, odorata & pretioſiora, qui adſciſcunt, in magnâ copia parari non debent, cum vis pulveriſando citiùs evaneſcat.
15. Vomitus ex variis fit cauſis ſcilicet; âb irritatione, ex copiâ victûs, per conſenſum &c.
16. Vomitus niger eſt malus, notat enim naturam proſtratam.
17. Urina ſubſiſtit, ubi urethra eſt obſtructa.
18. Urinæ receptio non nunquàm vitiata legitur; at redditio multis modis, unde nomen iſchuriæ, Dyſuriæ ſtranguriæ.
19. Uterus debilitatur liquidorum uſu, abortu inde nec non fluxu menſium ſuccedente nimiô.
20. Vulnera capitis infundunt confuſiones ſpirituum.

X.

§. 1. Xyrophthalmia eſt ſiccitas palpebrarum, & unius farinæ, cum ſclyrophthalmiâ; ſi autem palpebræ ſiccæ pruriunt Pſorophthalmiam vocant.

DEO altiſſimo ſit Gratia & Doxa, in æternum.

FINIS.